

## Band V., Nr. 1383, Seite 149-150

*Herr Hartnid von Hausen überweist seine Eigengüter in Zielfingen an das Kloster Weingarten und Abt Konrad verleiht diese sowie die zu Hausen gelegenen Güter Hartnids Tochter Adelheid und deren Leibeserben gegen eine jährliche Abgabe.*

Ohne Ortsangabe, 1256. März 22.

Noverint omnes, ad quorum audienciam littere iste pervenerint, quod dominus Hartnidus de Husin proprietates suas, quas habuit in Zieluingen, super altare sancti Martini in Wingarten iuste ac rationabiliter delegavit et eadem proprietates in Zieluingen et in Husin filie memorati Hartnidi Adilhaidi ad personam suam et filiis ab ea progenitis dominus Conradus abbas cum favore tocius conventus concessit possidendas tali caucione interposita, quod singulis annis duo ferramenta equorum in die sancti Martini ecclesie Wingartensi inde persolvantur. Quod si neglectum fuerit, dicte proprietates omni occasione postposita ad ecclesiam Wingartensem revertantur. In huius rei certitudinem sigillo domini abbatis de Salem et domini abbatis de Wingartin hec pagina est roborata.<br> <br> Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. L<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup>., XIII<sup>e</sup> indictionis, XI. kalendas Aprilis.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Nur noch die Pergamentstreifen, an welchen die Siegel hingen, sind an der Urkunde befestigt.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 515 U 1600

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Aussteller:**

Hartnid; von Hausen Konrad; Abt von Weingarten

**Ortsindex:**

Hausen am Andelsbach Wohnplatz (21131)<br> Hausen am Andelsbach, Krauchenwies, SIG<br> Weingarten Wohnplatz (20565)<br> Weingarten, RV<br> Zielfingen Wohnplatz (21173)<br> Zielfingen, Mengen, SIG